

que ab intest. in quorum persona inducit suitatē non quidem potestas patria actualis, sed potentialis, in favorem ipsorum posthumorū, quī in favorabilibus pro jam natis habentur. L. 7. D. de statu hominum. Posthumi enim, uti cetera jura. L. 3. ff. si pars hered. pet. in ipso natiuitatis momento SVitatem consequuntur. Pro hujuscemodi heredibus SVIS agnosco quoque legitimatos, & adoptatos, vel ab avo materno, vel ab extraneo, cum & in hujus familiā, uti olim, ita & hodie transeant liberi adoptivi; quod novissimè & solidissimè more suo hoc demonstratum dedit Magnificus & Nobiliss. Dn. Dominicus Arumæus Jctus longè Celebratissimus Antecessor & Facultatis Juridicæ Ordinarius Spectatissimus, Præceptor & Promotor meus omni observantiæ cultu ac acatē prosequendus, Exerc. 2. th. 22.

24. Non immeritò hīc à Dd. queritur, an filius emancipatus transmittat hereditatem paternam jure SVitatis, seu quod idem est, an sit subjectum Transmissionis, quæ sit jure SVitatis positivum, circa quod jam nos occupati sumus? Affirmandum id esse prima fronte videtur ex eo, quod differentia omnis inter suos & Emancipatos fuerit sublata, per L. meminimus 15. C. de Leg. hered. Nov. 118. C. 4. §. sed hæc quidem. J. de Exhered. Liber. ubi dicitur, Omnes, sive sint SVI, sive Emancipati, vel hæredes debere institui, vel nominatim exheredari. Verum verior mihi videtur negantium opinio, cum Transmissio ex potentia SVitatis semper requirat & præsupponat præviā potestatem patriam, quam esse extremum SVitatis primum scribit ex L. 21. D. de lib. & posth. Angel. de Perigl. Tract. de SVitate quest. 10. num 7. extr. Hujus autem profectò deliquium esse in Emancipato nullus non videt. Accuratè ergò hīc distinguendum venit inter ipsam successionem & inter modum succedendi: Quoad illam vetus & antiquum inter SVOS & Emancipatos discrimen sublatum meris concedo lubentis; sed quoad hunc nego & pernego, cum & hodie Emancipati additione hereditatis opus habeant. L. 84. ff. de acquir. vel omitt. hered. que tamen SVItati contraria. Paucis: Exæquatio illa Emancipatorū & SUORUM non concernit Jus SVItatis, sed jus solius successionis, ut scilicet & SVI & Emancipati hodie de Jure Civili ad Intestatorum hereditates admitti debeant. Cetera, que videntur huic assertioni obstare, infringere annitar in ipso disputationis actu. Inter ea verò familiam ducit. L. un. C. de his qui ante apert. tab. ubi liberi matris & avi materni hereditatem non aditam transmittunt, cum tamen sit eadem

dem